


1772,5 *48²⁴*
FACVL TATIS IVRIDICAE
DECANVS
HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, EMINENTISSIMI AC
CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIUS REGIMI-
NIS, MEMORATAE FACVL TATIS ADSESSOR SENIOR ET H. T. DECANVS,
DECRETAL. PROF. P. ORDIN. CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSUL PRI-
MARIUS, NEC NON ACADEMIAE ELECTORAL. MOGVNTINAE
SCIENTIARVM VTLIVM PRAESES.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



ERFORD. LITT. NONNIAN. ACAD. A TYP.

~~4~~
LYCARTHTIS IARBDIGAE
DECVNAS
HIERONYM. FRIEDER.
SCHORGH. ICAS.

SUM PAULIN. CLEAVESI COMES. VEN. EPI. POMA. AC
DE CLEAVESI. POMA. THERON. MOORE. D. G. CLEAVESI. L. L. M.
M. CLEAVESI. L. L. M.
DE CLEAVESI. D. G. POMA. O. M. CLEAVESI. L. L. M.
MANUS. NDC. NON. AC. DE. M. CLEAVESI. L. L. M.
2014. LIBRARY. ALTMAN. LIBRARY.

LEGATOR BENEDICTO

Lord. Sir. Nonnian. Ac. D. G.



LEGATOR. SIR. NONNIAN. AC. D. G.



Liberos parentibus succedentes ea, quae ab his viuis acceperint, in hereditatis diuisione conferre debere, aequissimum & iuri Naturali maxime consentaneum est. Cum enim aequaliter a parentibus sanguinem trahant, hique aequaliter illos amore complecti praesumantur, merito etiam in successione sibi inuicem exaequandi sunt. Quamvis vero hoc in se omni dubio carere videatur: nonnunquam tamen non adeo expeditum est, quibus hereditibus collationis necessitas incumbat, & quaenam res collationi subiectae sint. De descendentibus, qui soli collationis onere grauantur, non ascendentis, nec collaterales, generaliter disponit Imp. IUSTINIANVS in Nouell. 18. c. 6. vt collatio & inde aequalitas locum habere debeat, siue quispiam intestatus, siue testatus moriatur; nec interest, vtrum liberi in primo, an vteriori gradu constituti sint, cum & nepotes ea, quae ipsi vel eorum parentes demortui acceperunt, contribuere teneantur. l. 7. D. de Collat. l. 17. & 19. C. eod. Quodsi vero nepos patris sui heres esse nolit, & ad avi solum hereditatem admitti cupiat, quod ipsi non quidem iure Ciuitati, bene tamen Praetorio, permisum est, v. FACHIN. Controvers. L. 6. c. 66. quaeritur, an in hoc quoque casu nepos ea, quae ex bonis avi ad patrem eius defunctum

X 2

per-



peruererunt, in communem hereditatem inferre obstrictus sit? Negatiuam tractn STRYK. de Success. ab intest. Dissert. XI. c. 2. §. 15. adfirmatiuam vero prolix non minus quam solide propugnat L. B. a WERNHER. T. II. P. 6.
 Obs. 499. & 500. ibique in Additam. & subiuncti. Respons. nec non KRESS. in Dissert. de Nepote ea, quae Parenz jacepit, in Vniuersum conferente. c. 2. sgg. & MODEST. PISTOR. Vol. II. Cons. 23. Nec minus de rebus, quae in diuisione hereditatis conferenda sunt, interdum disceptatur. Licit enim certum sit, quod liberis, qui dotem, donationem propter nuptias, aut subsidium paternum vel maternum a parentibus acceperunt, collatio harum rerum iniungi queat, de donatione tamen simplece, citra eiusmodi cauissam ex mera liberalitate facta, nou vna est Dd. sententia, num ea collationi quoque subiaceat. Qui negant, ad l. 20. §. 1. in f. C. de Collat. prouocant, vbi expresse haberur, quod simplex donatio non aliter conferatur, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suae indulgentiae imposuerit, nec non ad l. 18. pr. C. famil. ericis, in qua saepe rescriptum esse dicitur filiae, cuius nomine pater res comparavit, si non postea contrariorum eius iudicium probetur, per arbitrum dividundae hereditatis praecipuas adiudicari. Quod sicut optima ratione nititur, siquidem pater vel mater, si vni ex liberis simpliciter aliquid donent, id ea intentione fecisse creduntur, vt is illud praecipuum habeat, eoque favoris & liberalitatis effectu prae caeteris gaudeat. L. B. a WERNHER. T. I. P. I. Obs. 317. n. 17. ita hanc sententiam veriorem & in praxi receptam dicit SCHWEDER. in Collected nova Consil. Tubing. Vol. I. Cons. 131. n. 22. Dissentiunt alii & inter hos LEYSER. in Medit. ad π. Spec. 410. med. I. SCHILTER. Exere. ad π. 41. §. 17. STRYK de Success. ab intest. Diff. XI. c. 4. §. 13. sgg. moti cumpromis l. 13. C. de Collat. vbi cauetur, quod filiafamilias, a patre fundus donatus est, si cum sorore patri communi succeedat, eum praecipuum habere contra iura postuleret. Quem textum, vt cum legibus antea allegatis concilient, quidam de fundo intelligunt non eo animo donato, ut filiae sit, cui donatus, sed vt ei sit quasi in peculio, qualem donatio-

¶ V + ¶

nem conferendam esse nemo ambigit, v. GIPHAN. in d. l. 13. p. 27.
Alii legem hanc ad causam intestati, l. 18. C. famili. ericis. vero ad causam testati referunt cum CVIACIO L. 3. Obs. 30. & L. 9. Obs. 17. circa fin. quae conciliandi ratio displaceat HUBERO in Praelet. ad II. Tit. de Collat. §. 4. existimanti, distinguendum potius esse, utrum donatio facta sit liberis in patria potestate constitutis, sicut iis, qui a potestate patria liberati sunt, ita, ut illi donationem conferre cogantur, non vero hi. Hodie sane, quicquid de l. 13. sit statuendum, donatio simplex extra collationem posita est, exceptis casibus in d. l. pen. §. 1. expressis, quae in aliis casibus non conferri donationem supponit, aduentante HUBERO c. l. in f. add. LAVTERBACH. Colleg. Theor. Pract. L. 37. Tit. 6. §. 17. ubi hanc sententiam in praxi receperam esse testatur. Verum haec latius in praesentia persequi non vacat. Copiosius tamen de hoc argumento occasione l. 18. C. famili. ericis. quam in Lectione, quam vocant, Cursoria enodare constituit, e Cathedra differet.

NOBILISSIMVS ATQVE CLARISSIMVS

D O M I N V S

FRIDERICVS HENRICVS SATOR,


I. V, CANDIDATVS MERITISSIMVS,

cuius natales, vita adhuc laudabiliter acta & studiorum carthus, more recepto, & quidem verbis ipsius Domini Candidati sequentibus breuiter commemoranda sunt.

Hanc lucem primum adspexi Asciburgi anno 1748. patre usus sum
MICHAELE SATOR, Venatorum praefecto, matre vero ROSINA e gente

BER-





BERNINGER, quae vero praematura morte anno 1750. mihi erpta fuit.
 Pater, ut erat salutis meae pronidus, educationis meae curam cui ipse mu-
 neris publici causa, quod gerebat, vacare non poterat, fidissimo, duci au-
 nculo meo, qui Althomii sacrorum antistititis officio fungebatur, concredidit,
 cuius pietas, humanitas, atque in me erudiendo & ad virtutem bonosque
 mores formando collocata industria tam insignis existit, ut eius memoriam
 tanquam alterius mei parentis, semper gratissima mente colendam esse sen-
 tiam. Huius itaque ductu humanitatis principiis imbutus atque idoneus
 sum redditus, cui nunc Gymnasium in patria florens adire licet. In eo
 7. annos exercitatus & ad Academica studia rite dimissus. Moguntiam me
 contuli, nomenque inter ciues Academicos professus, ex ore Illust. ac Com-
 sultiss. WILL, Antecessoris iuris ord. ac Celsiss. Princeps Elector. a Consiliis,
 iudicij aulicis, fundamenta iuris naturae & institutionum, ut & Pandectarum
 hanc. Alias jurisprudentiae partes, nempe ius Canon. Reuerendissi-
 mus D. BEHLEN, Eminentissimi Archiepiscopi ac Principis Electoris nostri
 suffraganeus atque official. & a Consiliis sanctioribus, ius Cambiale Consul-
 tissimus FISCHERVS, I. V. D. & P. P. E. Celsiss. Elector. a Consil. Iud.
 aul. historiam autem Imperii Celebrissimus DVRR, I. V. D. iur. publ. &
 histor. P. P. O. Eminentissimi Electoris a consiliis aulicis, mihi per quam
 solide tradiderunt. Hoc stadium emensus famaque restorescentis Emericia-
 wae allectus Erfordiam adii anno 1770. mense Junio ibique celeberrimorum
 Virorum Lettonibus magna cum fruge interfui. Illustris. WIELAND, P.
 P. O. Celsiss. Elect. a Consiliis Regiminis, historiam humanae naturae, Ce-
 leberr. RIEDEL, iam Consiliarius Caesareus, philosophiam moralem, Clariss.
 LOSSIVS, P. P. O. Logicam, Clariss. HADELICH, P. P. O. Senat.
 Consul, filium Elegantiorem, Consultiss. HOMMEL, I. V. D. & P. P. O.
ius

ius publicum, *Magnificus TVRIN*, h. s. Academiae Rector, I. V. D. & P. P. O. Facult. Iurid. Adseffor, Boineburg. Biblioth. Director, ius Pandectarum, ius publicum & praxin, Illustr. HENNE, Elect. Consil. Regim. I. V. D. & P. P. O. Facult. Iurid. vt & Iudicij provincialis Adseffor, ius feudale, Illustr. SCHORCH, Elect. Consil. Regim. I. V. D. & P. P. O. Facult. Iurid. Ordinarius, Ciuitat. Consul, Academiae Eleitoralis scient. vil. praeses, ius Canonicum, Consultiss. WEISMANTEL, I. V. D. & P. P. E. ius Criminale, demum praenob. RVMPPEL, I. V. D. & P. P. O. ius Germanicum & examinatorium collegium, mihi aperuerunt & explica- runt; Quem igitur nunc de redditu in patriam & de iis, quae didici, ad ipsam praxin deducendis cogitem, ab illustri Facultate Iuridica, ut mihi ampliorem huius Consilii exequendi panderet occasionem, meque ad digni- tates Academicas admitteret, modeste petiis, & impetravi.

Per autem libenter ordo noster precibus Dn. Candidati annuit, Ei- demque binos ex utroque Iure textus resoluendos transmisit, quos sci- te enucleauit, atque in ipso Examine Rigorofo ad quaestiones proposi- tas tam promte respondit, vt per concordia vota dignus iudicatus fue- rit, qui ad reliqua specimina inauguralia admittatur, & petitis hono- ribus exornetur. Itaque eraftino die Lunae lectionem cursoriam ad l. 18. C. famil. ercise, eaque absoluta Dissertationem Inaugu- ralem

DE



DE

PIGNORVM PRAEROGATIVA GENERATIM ET
SPECIATIM DE PIGNORE PUBLICO; PIGNORI LE-
GALI NON INDISTINCTE ANTEPONENDO

habebit. Quos actus ut Magnificus Vniuersitatis] nostrae Rector,
Per Illustres Barones, nec non Venerandi Academiae Proceres ac Nobi-
lissimi Ciues praesentia sua splendidiores reddere non deditur, per-
quam officiose & humaniter rogantur. Publ. sub sigillo Facult. d. IX.
August. A. O. R. MDCCCLXXII.

(L.S.)

Erfurt, Diss., 1770-73

ULB Halle

004 176 472

3



f

Sb.

WD 18°

1772,5
48²⁴
FACVL TATIS IVRIDICAE
DECANVS
HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, EMINENTISSIMI AC
CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMI-
NIS, MEMORATAE FACVL TATIS ADSESSOR SENIOR ET H. T. DECANUS

DECRETAL. PROF. P. ORDIN. CIV.

MARIVS, NEC NON ACADEMI

SCIENTIARVM

LECTORI

s.

and onatio singula



* * * * *

ERFORD. LITT. N

